



BOLETIN ECLESIÁSTICO
DEL
Obispado de Astorga

SUMARIO: I. Secretaría de Cámara y Gobierno: Circulares.—II. Codicis Iuris Canonici Canones: de Parochis.—III. Los Boletines eclesiásticos son oficiales.—IV. Collationes in mensem maii.—V. Nuevo Magistral.—VI. Necrología.

Secretaría de Cámara y Gobierno.

CIRCULARES.

I.

Debiendo reanudarse en el presente mes las conferencias morales y litúrgicas, que, según lo preceptuado por las Constituciones Sinodales, vienen celebrándose ya desde antiguo en este Obispado, con el fin de que los señores sacerdotes se penetren más y más de la conveniencia y necesidad de asistir a ellas tomando parte muy activa, se llama la atención de los mismos sobre lo legislado en tan importante asunto por el Código de Derecho Canónico, en su Canon 131, para su exacto cumplimiento.

II.

Próxima la solemnidad de Pentecostés, se recuerda al venerable clero diocesano lo dispuesto por Su Santidad el Papa León XIII, de feliz memoria, en la Encíclica «Divinum illud» de 9 de Mayo de 1897, sobre la invocación del Espíritu Santo en los nueve días que preceden a su festividad o durante su Octava.

Astorga 29 de abril de 1918.

Dr. Angel Satué Lombó,

Can. Penit. Srio.

CODICIS IURIS CANONICI CANONES.

CAPUT IX.

DE PAROCHIS.

CAN. 451. § 1. Parochus est sacerdos vel persona moralis cui paroecia collata est in titulum cum cura animarum sub Ordinarii loci auctoritate exercenda.

§ 2. Parochis aequiparantur cum omnibus iuribus et obligationibus paroecialibus et parochorum nomine in iure veniunt:

1.º Quasi-parochi, qui quasi-paroecias regunt, de quibus in can. 216, § 3;

2.º Vicarii paroeciales, si plena potestate paroeciali sint praediti.

§ 3. Circa militum cappellanos sive maiores sive minores, standum peculiaribus Sanctae Sedis prescriptis.

CAN. 452. § 1. Sine Apostolicae Sedis indulto paroecia nequit personae morali pleno iure uniri, ita

nempe ut ipsamet persona moralis sit parochus, ad normam can. 1.423, § 2.

§ 2. Persona moralis, cui paroecia sit pleno iure unita, habitualem tantum curam animarum retinere potest, servato, quod ad actualem spectat, praescripto can. 471.

CAN. 453. § 1. Ut quis in parochum valide assumatur, debet esse in sacro presbyteratus ordine constitutus.

§ 2. Sit insuper bonis moribus, doctrina, animarum zelo, prudentia, ceterisque virtutibus ac qualitatibus praeditus, quae ad vacantem paroeciam cum laude gubernandam iure tum communi tum particulari requiruntur.

CAN. 454. § 1. Qui paroeciae administrandae prae-
ficiuntur qua propria eiusdem rectores, stabiles in ea esse debent; quod tamen non impedit quominus omnes ab ea removeri queant ad normam iuris.

§ 2. At non omnes parochi eandem obtinent stabilitatem; qui maiore gaudent, inamovibiles; qui minore, amovibiles appellari solent.

§ 3. Paroeciae inamovibiles nequeunt amovibiles reddi sine beneplacito apostolico; amovibiles possunt ab Episcopo, non autem a Vicario Capitulari, de Capituli cathedralis consilio, inamovibiles declarari; novae quae erigantur, sint inamovibiles, nisi Episcopus, prudenti suo arbitrio, attentis peculiaribus locorum ac personarum addiunctis, audito Capitulo, amovibilitatem magis expedire decreverit.

§ 4. Quasi-paroeciae sunt omnes amovibiles.

§ 5. Parochi autem, ad religiosam familiam pertinentes, sunt semper, ratione personae, amovibiles ad nutum tam loci Ordinarii, monito Superiore, quam Superioris, monito Ordinario, aequo iure, non requisi-

to alterius consensu: nec alter alteri causam iudicii sui aperire multoque minus probare tenetur, salvo recursu in devolutivo ad Apostolicam Sedem.

CAN. 455. § 1. Ius nominandi et instituendi parochos competit Ordinario loci, exceptis paroeciis Sanctae Sedi reservatis, reprobata contraria consuetudine, sed salvo privilegio electionis aut praesentationis, si cui legitime competat.

§ 2. Sede vacante aut impedita ad normam can. 429, ad Vicarium Capitularem aliumve qui dioecesim regat, pertinet:

1.º Vicarios paroeciales constituere ad normam can. 472-476;

2.º Confirmare electionem aut acceptare praesentationem ad paroeciam vacantem, et institutionem electo aut praesentato concedere;

3.º Paroecias liberae collationis conferre, si sedes ab anno saltem vacaverit.

§ 3. Horum nihil Vicario Generali competit sine mandato speciali, salvo praescripto cit. can 429, § 1.

CAN. 456. Ad paroecias religiosis concreditas Superior, cui ex constitutionibus id competit, sacerdotem suae religionis praesentat Ordinario loci; qui eidem, servato praescripto can. 459, § 2, institutionem concedit.

CAN. 457. Quasi-parochos e clero saeculari proprius loci Ordinarius nominat, auditio Consilio de quo in can. 302.

CAN. 458. Vacanti paroeciae curet loci Ordinarius providere ad normam can. 155, nisi peculiaria locorum ac personarum adiuncta, prudenti Ordinarii iudicio, collationem tituli paroecialis differendam sua-deant.

CAN. 459. § 1. Loci Ordinarius, graviter onerata eius conscientia, obligatione tenetur vacantem paroe-

ciam illi conferendi, quem magis idoneum ad eam regendam habuerit, sine ulla personarum acceptione.

§ 2. In hoc iudicio ratio haberi debet non solum doctrinae, sed etiam earum omnium qualitatum, quae ad paroeciam vacantem rite regendam requiruntur.

§ 3. Quare loci Ordinarius:

1.º Ne omittat documenta, si qua sint, ex Curiae tabulario desumere quae clericum nominandum respiciunt et notitias, secretas quoque, si opportunum iudicaverit, prudenter exquirere etiam ex locis extra dioecesim;

2.º Prae oculis habeat praescriptum can. 130, § 2;

3.º Clericum examini super doctrina coram se et examinatoribus synodalibus subiicit; a quo, de consensu eorundem examinotorum, potest dispensare, si agatur de sacerdote doctrinae theologicae laude commendato.

§ 4. In regionibus in quibus paroeciarum provisio fit per concursum sive specialem ad normam const. Benedicti XIV *Cum illud*, 14 Dec. 1742, sive generalem, haec forma retineatur, donec Sedes Apostolica aliud decreverit.

CAN. 460. § 1. Parochus ad normam can. 156 unam tantum titulo paroeciam habeat, nisi de paroeciis agatur aequo principaliter unitis.

§ 2. In eadem paroecia unus tantum debet esse parochus qui actualem animarum curam gerat, reprobata contraria consuetudine et revocato quolibet contrario privilegio.

CAN. 461. Curam animarum parochus obtinet a momento captae possessionis ad normam can. 1443-1445; et ante possessionem aut in ipso possessionis capienda actu fidei professionem edere debet, de qua in can. 1406, § 1, n. 7.

CAN. 462. Functiones parocho reservatae sunt, nisi aliud iure caveatur:

- 1.^o Baptismum conferre sollemniter;
- 2.^o Sanctissimam Eucharistiam publice ad infirmos in propria paroecia deferre;
- 3.^o Sanctissimam Eucharistiam publice aut privatim tanquam Viaticum ad infirmos deferre, atque in periculo mortis constitutos extrema unctione robora-re, salvo praescripto can 397, n. 3, 514, 848, § 2, 938, § 2;
- 4.^o Sacras ordinationes et ineundas nuptias de-nuntiare; matrimoniis assistere; nuptialem benedictio-nem impertiri;
- 5.^o Iusta funebria persolvere ad normam can. 1216;
- 6.^o Domibus ad normam librorum liturgicorum benedicere Sabbato Sancto vel alia die pro locorum consuetudine;
- 7.^o Fontem baptismalem in Sabbato Sancto bene-dicere, publicam processionem extra ecclesiam duce-re, benedictiones extra ecclesiam cum pompa ac sol-lemnitate impertiri, nisi agatur de ecclesia capitulari et Capitulum has functiones peragat.

CAN. 463. § 1. Ius est parocho ad praestationes quas ei tribuit vel probata consuetudo vel legitima ta-xatio ad normam can. 1507:

§ 2. Potiores exigens, ad restitutionem tenetur.

§ 3. Licet paroeciale aliquod officium ab alio fuerit expletum, praestationes tamen parocho cedunt, nisi de contraria offerentium voluntate certo constet circa summam quae taxam excedit.

§ 4. Gratuitum ministerium ne deneget parochus iis qui solvendo pares non sunt.

CAN. 464. § 1. Parochus ex officio tenetur curam animarum exercere in omnes suos paroecianos, qui non sint legitime exempti,

§ 2. Potest Episcopus iusta et gravi de causa religiosas familias et pias domos, quae in paroeciae territorio sint et a iure non exemptae, a parochi cura subducere.

CAN. 465. § 1. Parochus obligatione tenetur residendi in domo paroeciali prope suam ecclesiam; loci tamen Ordinarius potest iusta de causa permittere ut alibi commoretur, dummodo domus ab ecclesia paroeciali non ita distet ut paroecialium perfunctio munerum aliquid inde detrimenti capiat.

§ 2. Eadem abesse permittitur per duos ad summum intra annum menses sive continuos sive intermissos, nisi gravis causa, iudicio ipsius Ordinarii, vel diuturniorem absentiam requirat vel breviorem tantum permittat.

§ 3. Dies quibus parochus piis exercitiis vacat ad normam can. 126, non computantur, semel in anno, in duabus vacationum mensibus, de quibus in § 2.

§ 4. Sive continuum sive intermissum sit vacationum tempus, cum absentia ultra hebdomadam est duratura, parochus, praeter legitimam causam, habere debet Ordinarii scriptam licentiam et vicarium substitutum sui loco relinquere ab eodem Ordinario probandum; quod si parochus sit religiosus, indiget praeterea consensu Superioris et substitutus tum ab Ordinario tum a Superiore probari debet.

§ 5. Si parochus repentina et gravi de causa discedere atque ultra hebdomadam cogatur abesse, quamprimum per litteras Ordinarium commonefaciat, ei indicans causam discessus et sacerdotem supplementem, eiusque stet mandatis.

§ 6. Etiam pro tempore brevioris absentiae parochus debet fidelium necessitatibus providere, maxime si id peculiaria rerum adjuncta postulent.

CAN. 466. § 1. Applicandae Missae pro populo obligatione tenetur parochus ad normam can. 339, quasi parochus ad normam can. 306.

§ 2. Parochus qui plures forte paroecias aequo principaliter unitas regat aut, praeter propriam paroeciam, aliam vel alias in administrationem habeat, unam tantum debet Missam pro populis sibi commissis diebus praescriptis applicare.

§ 3. Ordinarius loci iusta de causa permittere potest ut parochus Missam pro populo alia die applicet ab ea qua iure adstringitur.

§ 4. Parochus Missam pro populo applicandam celebret in ecclesia paroeciali, nisi rerum adiuncta Missam alibi celebrandam exigant aut suadeant.

§ 5. Legitime absens parochus potest Missam pro populo applicare vel ipse per se in lcco in quo degit, vel per sacerdotem qui eius vices gerat in paroecia.

CAN. 467. § 1. Debet parochus officia divina celebrare, administrare Sacra menta fidelibus, quoties legitime petant, suas oves cognoscere et errantes prudenter corrigere, pauperes ac miseros paterna caritate complecti, maximam curam adhibere in catholica puerorum institutione.

§ 2. Monendi sunt fideles ut frequenter, ubi com mode id fieri possit, ad suas paroeciales ecclesias accedant ibique divinis officiis intersint et verbum Dei audiant.

CAN. 468. § 1. Sedula cura et effusa caritate debet parochus aegrotos in sua paroecia, maxime vero morti proximos, adiuvare, eos sollicite Sacramentis reficiendo eorumque animas Deo commendando.

§ 2. Parocho aliive sacerdoti qui infirmis assistat, facultas est eis concedendi benedictionem apostolicam cum indulgentia plenaria in articulo mortis, secundum

formam a probatis liturgicis libris traditam, quam benedictionem impertiri ne omittat.

CAN. 469. Parochus diligenter advigilet ne quid contra fidem ac mores in sua paroecia, praesertim in scholis publicis et privatis, tradatur, et opera caritatis, fidei ac pietatis foveat aut instituat.

CAN. 470. § 1. Habeat parochus libros paroeciales, idest librum baptizatorum, confirmatorum, matrimoniorum, defunctorum; etiam librum de statu animarum accurate confidere pro viribus curet; et omnes hos libros, secundum usum ab Ecclesia probatum vel a proprio Ordinario praescriptum, conscribat ac diligenter asservet.

§ 2. In libro baptizatorum adnotetur quoque si baptizatus confirmationem receperit, matrimonium contraxerit, salvo praescripto can. 1107, aut sacrum subdiaconatus ordinem susceperit, vel professionem sollemnem emiserit, eaeque adnotationes in documenta accepti baptismatis semper referantur.

§ 3. In fine cuiuslibet anni parochus authenticum exemplar librorum paroecialium ad Curiam episcopalem transmittat, excepto libro de statu animarum.

§ 4. Paroeciali utatur sigillo habeatque tabularium, seu archivum, in quo memorati libri custodiantur una cum Episcoporum epistolis, aliisque documentis, necessitatis vel utilitatis causa servandis; quae omnia, ab Ordinario vel eius delegato visitationis vel alio opportuno tempore inspicienda, religiose caveat ne ad extra-neorum manus perveniant.

LOS BOLETINES ECLESIÁSTICOS SON OFICIALES.

Hasta en la sexta edición del famoso «Alcubilla», que perezosamente se está publicando hace cuatro años, se omiten sistemáticamente los *Boletines eclesiásticos* en la relación de Boletines oficiales. Y es lástima, porque sabido es que el célebre diccionario es el arsenal donde se pertrechan de erudición jurídica letrados y no letrados.

El antiguo sistema de veredas, tan gravoso de suyo a los pueblos, habíase hecho tan odioso por los abusos y vejámenes a que daba lugar, que el Gobierno, previendo la inutilidad de reproducir los lamentos y reprobaciones de la Real orden de 18 de Febrero de 1820, se determinó a cortar por lo sano, creando los Boletines oficiales de provincia por Real Orden de 20 de Abril de 1833.

Bien pronto se palparon las indiscutibles ventajas del nuevo sistema, y no fueron los Prelados los últimos en hacerse cargo de ellas. No he intentado averiguar, porque no hace al caso, a qué Obispo pertenece la gloria de haber creado en España el primer Boletín eclesiástico. En la diócesis de Burgos inauguróle el inolvidable Cardenal de la Puente al posesionarse de la Sede en 1858; pero antes lo había hecho en Salamanca, «reportando por este medio ventajas prácticas para el »gobierno de aquella diócesis».

Es evidente que el Boletín eclesiástico es el órgano oficial del Prelado respectivo. Por su medio se comunica con sus subordinados, les dicta las reglas que su solicitud pastoral le sugiere, y los encamina convenientemente al cumplimiento de sus deberes y al logro de

los trascendentales fines que desea la Iglesia. Las órdenes en él insertas, por serlo del Prelado, entrañan toda la fuerza obligatoria que el Derecho reconoce en las disposiciones emanadas de la suprema autoridad diocesana; pero por el solo hecho de su publicación en el Boletín adquieren además el carácter de promulgadas y comienzan a obligar en el fuero externo. La *oficialidad canónica* de los Boletines eclesiásticos es incontrovertible.

— ¿Basta esto para que produzcan también efectos en el orden secular, en el *foro civil*? —

No hace mucho que, como administrador de Capellanías, hubimos de encomendar a un abogado de merecida reputación la demanda de nulidad de un contrato de arrendamiento hecho por un subalterno que había excedido sus facultades, limitadas en una *Circular* que publicó el Boletín diocesano. La primera observación que se nos hizo fué el carácter *privado* del Boletín y, por tanto, la insuficiencia del medio empleado para notificar órdenes a un administrador, cuyas facultades, no habiendo sido expresadas taxativamente en su nombramiento, tienen toda la amplitud del artículo 1719 del Código civil. Ni es necesario decir que, tratándose de un administrador subalterno de fincas, no puede considerársele como funcionario, ni como empleado, ni en este caso hallariáse fundamento bastante a la obligación de enterarse de una publicación de orden privado.

Afortunadamente teníamos resuelta la dificultad con la R. O. de 12 de Julio de 1862, que dice así:

«Ministerio de Gracia y Justicia.—Negociado 1.^º—
»Circular—Excmo. y Rvdmo. Sr.:—Habiendo ocurrido
»dudas sobre si los Boletines eclesiásticos que publican
»los Prelados en algunas diócesis, con objeto de dar a

»conocer a sus subordinados las disposiciones gubernativas que adoptan, deben llenar la formalidad de »presentar editor responsable, la Reina (q. D. g.) se ha »servido resolver, por conducto del Ministerio de la Go- »bernación, que se considere publicación oficial el referi- »do Boletín, aplicándosele, en consecuencia, lo dispues- »to en el artículo 100 de la ley de 13 de Julio de 1857, »por el cual se exceptúan las de este género de las for- »malidades que requieren las publicaciones de índole »privada. De Real Orden lo comunico a V. E. para los »efectos que hubiere lugar en esa diócesis, debiendo, al »mismo tiempo, encarecerle la conveniencia de que los »impresos de esta clase se encierren cuidadosamente »en el objeto de su instituto, no dando cabida a polémi- »cas ni a inserción de artículos que directa o indirecta- »mente versen sobre política u otros objetos distintos »de su especialidad, por los conflictos y dificultades »que el hacer lo contrario puede engendrar, con detri- »mento de los verdaderos intereses de la Iglesia y me- »noscabo del prestigio del Episcopado, que tanto intere- »sa conservar en una esfera superior al campo de las »agitaciones de partido. Dios guarde a V. E. muchos »años.—*Santiago Fernández Negrete*».

Es bien de advertir que aunque el objeto directo de la R. O. es eximir al Boletín eclesiástico de la obligación de presentar editor responsable, no dice *que se le considere PARA ESTE EFECTO como publicación oficial*, sino que se remonta al origen, a la causa de la exención y dice «que se le considere publicación oficial... *aplicándosele EN CONSECUENCIA, etc.*». La *oficialidad civil* del Boletín eclesiástico es también innegable.

Ni empece el que la Instrucción para la Ley-Convenio de 1867 repetidas veces (arts. 4, 9, 10, 11, 13 y 15) parezca olvidarse de ella al exigir que los nombra-

mientos de Delegados, las resoluciones y autos de los Prelados, las citaciones y emplazamientos en materia de Capellanías, a que se refiere, hayan de hacerse en el *Boletín oficial de la Provincia*; pues, aparte de que en la misma Instrucción (art. 4) se reconoce la oficialidad de los Boletines eclesiásticos, mandando que los nombramientos de Delegados se publiquen también en ellos, DONDE LOS HUBIERE, este inciso nos explica claramente por qué utiliza los Boletines de Provincia para los asuntos de Capellanías; pues siendo potestativo en los Prelados tener Boletín eclesiástico, quedaba insuficientemente garantida la publicidad de las disposiciones referentes a Capellanías redimibles y conmutables, con perjuicio de los interesados, que, en general, eran desconocidos.

Esta oficialidad del Boletín diocesano no produce menoscabo en la facultad que tienen los Prelados para insertar gratuitamente sus disposiciones en el Boletín de la Provincia, como autoridades competentes, y en cuanto concierne al servicio público, aunque no vayan dirigidas a justicia ni Ayuntamiento, porque así lo tiene reconocido el Gobierno en R. O. de 24 de Febrero de 1880, resolviendo una cuestión surgida entre el Administrador diocesano de Barbastro y el Administrador de la Imprenta del Boletín de la provincia de Huesca.

Por lo que al contenido de los Boletines eclesiásticos se refiere, no ha de entenderse tan rigurosamente *el encarecimiento* de la R. O. de 12 de Julio 1862, que no puedan publicar otra cosa que leyes y mandatos del Prelado y demás autoridades diocesanas. Por analogía con los Boletines provinciales, les está permitido, «a falta de órdenes o anuncios de las autoridades, dedicar alguna parte de él a la publicación de artículos sobre artes y literatura» que quepan *en el objeto de su*

instituto, y aun los anuncios de ventas, pérdidas, etcétera, siempre que se refieran a cosas eclesiásticas (R. O. 20 de Abril de 1833, art. 11).

No se me alcanza, pues, la razon de haber suprimido en algún Boletín de esta clase la siguiente oportunísima advertencia que figuraba debajo de la cabecera de aquél: *Esta publicación oficial, que sólo tiene por objeto facilitar el gobierno de la diócesis, saldrá cuando disponga el Prelado.* Yo habría añadido la fecha de la R. O. transcrita para que nunca ni por nadie se olvidase.

Porque parece que la han olvidado, o que no la conocen, algunos que se lamentan de la *insulsez*, de la falta de amenidad, de la monotonía de asuntos de los Boletines eclesiásticos. Desearían remozarlos al gusto de la época, convertirlos en revistas que economizarían al Clero unas pesetas que tanta falta le hacen. ¡Si hasta he oído decir que deberían transformarse en periódicos diarios! Y lo peor es que se ha dado el caso de cubrirse alguno de ellos con la pintoresca ropilla de los almanaques de *anécdotas y chascarrillos...*

No busquemos estridencias. Los Boletines eclesiásticos *son oficiales*.

MAURO MUÑOZ, Beneficiado de Burgos.

COLLATIONES MORALES ET LITURGICAE IN MENSEM MAII.

1.*

Quotupliciter sunt obligationes clericorum. Exponantur praecipuae rationes, quibus clericus, praesertim sacerdos, teneatur ad vitae sanctitatem; enumerantur etiam media ad hanc fovendam et procurandam.

Utrum exercitiis spiritualibus interesse sit de

praecepto Ecclesiae, et quando quis iudicatur ab eorum assistentia dispensatus.

In quibus, iuxta Codicem Iuris Canonici, debeatur a clericis obedientia Ordinario suo.

CASUS.

Ioseph, presbyter, colloquens cum suo collega Antonio de Codice Iuris Canonici ita suum iudicium exprimit: «In omnibus, quae hucusque legi, nihil novum inveni, quidquid enim de sanctitate vitae, ac de studio praescribit, iam antea clericos urgebat». Sed accedens Petrus parochus, et certior factus de sententia Ioseph, ita ait: «Mihi videtur, e contrario, quod de minutissimis praecepta iniungit, ex. gr., de oratione, de studio, etc; si antea orationem omittebas, nec tuae conscientiae examen instituebas nisi ad confessionem, non peccabas, et sic de studio; nunc vero cum de his Codex Iuris Canonici loquatur, et materia gravis sit, conscientia ligatur et gravatur; gravissimum onus infirmis humeris nostris mihi videtur impositum.» Solve quaestionem.

De Liturgia.

Quaenam missa est unaquaque die legenda. Quot orationes ex rubrica in duplicibus sunt dicendae; quot in semiduplicibus et simplicibus. Quomodo haec diversitas festorum in kalendario notatur.

2.^a

Utrum praeter Theologiae moralis studium ad reliquias disciplinas ecclesiasticas sacerdos beat attentionem suam applicare. Quomodo ad studium excitentur sacerdotes in Codice Iuris Canonici.

Quinam obligantur *Conferentiis* interesse; quid si non possint celebrari, aut ad eas aliquis convenire nolit.

Quinam clerici teneantur ad castitatem; quinam vero a nuptiis arceantur. Quid praescribitur in Constitutionibus synodalibus relate ad cohabitationem cum mulieribus et quid statuatur in praedicto Codice.

CASUS.

Syrus, in Bulgaria natus, et in quodam monasterio

receptus, cum iam litteris sufficienter instructus esset, ad Subdiaconatum admissus fuit et praedictum Ordinem post alios minores recepit. Sed ad militiam in praesenti bello coactus, in Italia captivus factus est.

Nunc vero, ab Italia ingeniose evasus, in Hispania abhinc duos annos commoratur, quibus transactis matrimonium contraxit nihil dicens de sua ordinacione, sed hoc postea detegit confessarius. Quid de valore huius matrimonii, vel quomodo procedendum sit.

De Liturgia.

Quando dicitur missa de feria. Si quod festum habens vigiliam celebratur feria 2.^a, quando missa de vigilia celebranda est. Quid de vigiliis in tempore paschali.

NUEVO MAGISTRAL.

Después de brillantes ejercicios ha sido elegido Canónigo Magistral de la S. I. Catedral de Plasencia el docto profesor de nuestro Seminario Conciliar don Augusto Quiroga Mondelo.

Cordialmente le felicitamos.



NECROLOGIA.

En los días 13 y 20 del pasado mes fallecieron, respectivamente, don Gabriel Rodríguez Cotado, párroco de San Miguel de Mones, arciprestazgo de Valdeorras, y don Damián de Vega Baladrón, coadjutor de Olleros, arciprestazgo de Tera y Valverde. El primero no pertenecía a la Asociación Sacerdotal de Sufragios. El segundo pertenecía y tenía acreditado el cumplimiento de cargas. Hace el número 381.

Su S.^a Ilma. se ha dignado conceder 50 días de Indulgencia en sufragio de sus almas. (R. I. P.)